

ruere, afflictoq; ægroto maiorem affli-
 ctionem addere. Iam quod censuram
 attinet præscriptorum, Medici auctori-
 tate suam vel negligentiam in compo-
 nendo, vel perfidiam in substituendo,
 tam appositè cōtegere possunt: vt quā-
 uis Medici iussa negligentius confece-
 rint, vel simplicium materiam temerita-
 te, aut inopia transmutârint, iureiuran-
 do tamen affirment, alienum præscri-
 ptum ad amissim secutos se esse: vt cō-
 stantia delusis censoribus, perniciosi vel
 aliâs exoleti remedij operatio Medico
 imputetur, ægroq; sanitas, vel etiam vita
 eripiatur. Sic perbellè Medici, dum la-
 boris molestiam effugiunt, famæ læsio-
 nem, de quo iustè conqueritur Maran-
 tha, suo merito incurrunt. Precium si- *Lib. 3.*
 militer exigere deberent legibus con- *simpl. c. 8.*
 stitutum. Id agunt, quo ad coguntur. At
 quando secus licet, secus agunt. Vt ijs-
 dem rationibus, pharmacopœorū in-
 scitia, fallendiq; propēsio, sed & iustiùs
 vrgeri possit. De viris ergo bonis, qui
 Medici esse debent, nil temerè suspicā-
 dum est mali: multò minus re ipsa præ-
 cauenda malitia, quæ nulla est. Sin fue-